



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXCVII. De Vastatione territorii Pokime terrae Sudovviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CXCVII.

De

*Vastatione territorii Pokime terræ
 Sudovia.*

Inc hoc tempore de Magistri mandato frater Conradus de Tierberg junior Marschalcus terræ Prussia, congregata omni potentia exercitus sui, intravit terræ Sudovia territorium Pokimam, & factâ destructione magnâ per incendium & rapinam, captis & occisis multis hominibus, dum rediret, transit cum exercitu suo post horam vesperarum glaciem illius stagni, quod dicitur (a) Negothin. Mane autem facto dissoluta fuit glacies, sic quod convectionis ejus vestigium non patebat.

ANIADMVERSIO.

(a) Alii Neyvotin. Est lacus, cui adjacet lejen / diciturq; hodie sametin.

CAP. CVCVIII.

De

*Fratre Mangoldo Magistro Pruschiæ
 Anno MCLXXX.*

Frater Mangoldus Magister Pruschiæ XI. fuit II. annis. Hic fuit prius Commendator in castro Kunnigsberg, ubi multa bona gessit, & factus Magister terræ Pruschiæ, cum jam ferè duobus annis præfuisset vocatus ad Capitulum post electionem celebratam de fratre Burgardo de Schyvenden in Magistrum generalem Ordinis Domus Teutonice in reditu mortuus in ara.

CAP.